



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Cur bonum sit generalium instituere confessionem, & quænam eius  
vtilitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

bonis operibus exactam ei reddens-  
tionem s̄apē enim bona etiam opera  
non bene non recte nee rite fiunt: non  
fidat nimium tuæ prudentiæ, non suo  
proprio stet iudicio vel arbitrio nita-  
tur; sed semper se promptam exhibeat,  
ad obediendum Confessario suo in  
omnibus rebus spectantibus ad animā,  
& eius salutem; talis enim generalis  
Confessio, tanta sinceritate, humilita-  
te atque animi obedientis prōptitudine  
facta, est firmum ac solidum totius spi-  
ritualis vitæ fundamentum, & princi-  
pium spei perueniendi ad magnam per-  
fectionem, gratia & diuino auxilio co-  
currente.

Cur bonum sit generali instituere confes-  
sionem, & quenam eius  
utilitas.

Quantumuis qui integrè confessus  
est, & nullum ex pudore, vel malitia o-  
misit peccatum, non amplius obliga-  
tur conficeri peccata semel confessi,  
nihilominus eis non sit necessitas;  
maxima tamen utilitas est, genera-  
lem aliquando instituere confessionem,  
ex qua, etiā inter multa alia hęc sequū-  
tur commoda.

a. Præteritarum confessionem, quæ alli-  
quæ.

VIDVITATIS. 85

quando minus debitè; vel sine diligen-  
ti examine & præparatione factæ sunt,  
vel quasi ex quædam consuetudine fa-  
uit, supplantur defectus.

2. Tolluntur multi scrupuli sæpiissi-  
mè, si quis hæc vel illud peccatum con-  
fessus fuerit vel non.

3. Præcipiuntur etiam multæ occasi-  
ones Diabolo, affligendi hominem  
in conscientia, maximè in articulo  
mortis constitutum.

4. Causat homini magnam lætitiam  
quod ipsa experientia probat, nā quan-  
to magis homo abnegat se, suamque  
propriam voluntatem idque propter  
Deum, tantò maiorem etiam internam  
sentit consolationem. Hinc ut plurimū  
accidit, ut qui ad generalē se præparat  
confessionē, sentiat multas & magnas  
difficultates ad instar mulieris parturi-  
entis. *Mulier enim dum parit tristitia ha- 10. Ibid.*  
*bet quia venit hora eius: cum autem pe-*  
*perit puerum, iam non meminit pressura*  
*propter gaudium, quia natus est homo in*  
*mundum, hoc dicit Euangeliū.*

5. Acquirit sibi incredibile mœritū,  
propter maiorem dolorē quē habet de  
peccatis præteritis & de malitia ante  
etę vita: Hac etiā ratione cognoscit seu  
exporata multò melius habet naturā

*Dom.*

26 SP E V L M.  
suam, quam prius & ipsam malitiā seu  
malignitatem peccati, similiter & hoc  
modo agnoscit quoque diuitias boni-  
tatis, patientie & longanimitatis Deli-  
x. Quia homo per talē confessio-  
nem mirabiliter se disponit ad multò  
dignius recipiendam sanctissimam Eu-  
charistiam quæ plurimum hominem  
iuuat & corroborat, ad fugiendū pec-  
catum ad construandā & augendā  
gratiam accepit.

---

Signa aliquot ex quibus vidua facile co-  
gnoscere poterit: virum aliquem fructus  
& progressum faciat in perceptione  
Sacramentorum, & vita  
spirituali.

Per se non facile cognoscet homo,  
an fructum vel progressum aliquem faci-  
at vel non, in frequentatione sacra-  
torum, cum quia Deus illi aliquando  
nō permituit ut hoc agnoscat. Subinde  
enī valde bonos & iustos ita suspen-  
sus & afflictos habet, & quasi in conti-  
nuis tentationibus & obscuritatibus  
mentis detinet. Nam boni non quid  
habeant, sed quid illis desit, adhuc re-  
spiciunt, & considerant, tū etiam quia  
semp̄ habent ante oculos peccata sua,  
descēdunt